



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 141. Cardinales conclave ingressi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

Sæcul. XV. ta sua familia atque præsidio arce exced  
A. C. 1484. ferat.

---

### §. CXLI.

#### *Cardinales conclave ingressi.*

Die vigesima sexta Augusti nuntiatus  
est sacro Collegio, quod Diopheta  
Aversæ Comitis Filius ad suas ditiones  
redierit, ac nequidem ense e vagina edo  
*Fec. Masson.* *in Innoc.*  
*VIII.* *sto Roncilionem, & Montijovium in*  
cruenta victoria recuperaverit: Nihil  
minus eadem adhuc die Cardinales vi  
ginti quinque ingrediebantur concil  
ve in majori facello Ecclesiæ S. Petri  
instructum, in quo usque ad diem vig  
simam nonam ejusdem mensis hærebat  
tandemque novi Pontificis electiones  
perficiebant, hunc in modum: die Sab  
bati ad vesperam suffragia colligebant  
quibus examinatis in solum Barbum S.  
Marci Cardinalem undecim Purpureum  
conspirasse reperiebantur; hinc Cardi  
nalis S. Petri ad vincula ad Barbum con  
versus, eidem dixit: ad validam Papa  
electionem quatuordecim suffragia sunt  
necessaria: tria igitur duntaxat tibi de  
sunt, hæc autem opera mea procurabo,  
dummodo Cardinali Arragonio Regi  
Neapolitani filio Palatum tuum ceder  
velis: verum Cardinalis sancti Marci ejus  
modi propositionem omnino rejiciebat,  
respondens: si hoc pacto Pontifikatum

aff  
fac  
re  
un  
cta  
nu  
na  
Na  
op  
qu  
ing  
ig  
bu  
set  
sol  
cc  
he  
etu  
nu

assequerer, certus sum, quod electio mea Sæcul. XV.  
 sacrorum Canonum præscripto adversa- A C 1484.  
 retur; aliunde vero, cum palatium me-  
 um sat vicinum sit castro S. Angeli, fa-  
 cta ejusmodi donatione irreparabile dam-  
 num Sedi Apostolicæ, totique Christia-  
 næ Reipublicæ inferrem; inde enim tam  
 Neapolis Regi, quam ejus Successoribus  
 opportunam oppido viam aperirem, per  
 quam arcem, quandocunque eis liberet,  
 ingredi, urbemque subigere possent: Cum  
 igitur Cardinalis S. Petri ad vincula Bar-  
 bum nullatenus ad sua vota inclinare pos-  
 set, hinc S.R.E. Pro-Cancellarium, quem  
 solum Barbo plurimum obsistere noverat,  
 convenit, eumque ad suas partes pertra-  
 here studuit, pollicitus, se eo rem perdu-  
 turum, ut Cardinalis S. Marci nullate-  
 nus in Papam eligatur.

§. CXLI.  
*Electionis modus.*

Proxima nocte cuncti Cardinales jam-  
 jam in cellulas suas sese receperant,  
 cum Cardinalis S. Petri ad vincula & Pro-  
 Cancellarius, nocturni silentii opportuni-  
 tate usi, suffragia colligerent pro Melfi-  
 tensi Cardinale. Hic Nobilis erat Genu-  
 ensis, atque origine Graecus, Patremque  
 habuit Aaronem Cibo Equitem, qui vir  
 bello summus etiam sub Renato, & Al-

N 2

phon-